

larum rumoribus adaequare. Vereor ne *edax*⁴⁸ et *inimica semper alienis* profectibus *invidia*, que non solum presentibus, sed etiam absentibus, neque notis tantum, sed etiam ignotis, nec contenta propinquis, verum etiam remotissimis livoris iacula nititur inicere, que quoque de inferni profundo ad celos usque pertingere satagit, provocaret aliquos ad ipsius Enee prestanti florentique nedum fortune, sed et virtuti detrahendum, ut sua forte opinio minuatur et illa tam excellens opinione fortuna laboribus et miseriis permixta videatur. Quibus non tam puto iocundum est multos post se videre, quam grave est aliquem ante se habere, ut sic propriis cruciati passionibus ac vulneribus percussi domesticis in eorum pene dolorisque maius augmentum – quia *quot*⁴⁹ *sunt felicitium gaudia, tot invidorum gemitus* – quidquid illi optimo viro cedit ad gloriam, hoc invidi sibi existiment derogatum, iuxta illud Oracii: / *Invidus alterius rebus marcescit opimis*⁵⁰. Ideo non est verisimile, ut mendax rumor veritatis esse glosa valeat. Nec cuiusquam credulitas aut incredulitas potest aliquid Enee conferre vel diminuere. Scit enim vir egregius quod nemo alterius fortune qui virtutis est possessor invidet, et quod unusquisque suis virtutibus aut vitiis extollitur vel deprimitur, nec a virtutibus alieno mendicata quem ut preconia suffragari. Hec sint responsa querentibus. Quod enim vidi audivique abs dedecore autumo referre me posse veniam poscens, si plus equo aliquid scripserim. Fateor tamen quod si michi etas responderet, non solum sibi servire, sed et pedum ipsius vestigia ob eam que in illo est scientiam prudentiamque non vereretur honorare.

6

Johannes Tuschek teilt Eneas Silvius (Piccolomini) Brief Nr. 4 und 5 mit und fordert ihn auf, den „neuen Poeten“ (Notar Johannes von Pilsen) zurechtzuweisen, über dessen Schreiben er sich sehr geärgert habe; er versichert ihm außerdem seiner Verehrung und fragt nach der Bedeutung eines früheren Briefs Piccolominis, dessen Abschrift er ihm vor einiger Zeit durch Huschko übersandt habe.

(erste Hälfte des Jahres 1447, vor Juni)

48) Seneca, *De consolatione ad Polybium* 9: non edax et inimica semper alienis processibus invidia consecrabitur.

49) Der Spruch wurde Seneca zugeschrieben; vgl. Albrecht von Eyb, *Spiegel der Sitten*, hg. von Gerhard KLECHA (*Texte des späteren Mittelalters und der frühen Neuzeit* 34, 1989) S. 188 Z. 34f.

50) Horaz, *Epistulae* 1,2,57: invidus alterius macrescit rebus opimis.